

# N a c h t r a g

zu den Urkunden des ersten Theils.

---

1711

In den Jahren von 1711 bis 1712



I.  
Bernhard von Hardenberg verkauft dem  
Kloster Amelungsborn eine Hufe Landes  
vor Suthem. 1232.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego  
Bernhardus dictus de Hardenberg tam  
presentis quam futuri temporis fidelibus notum  
facio, quod quidam Henricus et soror ejus Gerdru-  
dis litones Ecclesie in Amelungsborn mansum unum  
situm in Suthem, de quo jure litonum annuam eos  
opportebat solvere pensionem, mihi pro marcis  
quatuor vendiderunt. Non multo vero post tem-  
pore fratribus de Amelungsborn receptis ab eis VI  
marcis eundem mansum contuli plenam et suffi-  
cientem Warandiam cum filiis meis me spondens  
presiturum quod neque nos nec quisque hominum  
de parte nostra memoratos fratres in posterum su-  
per hoc contractu debeat in aliquo molestare, quod  
ut ratum permaneat et memorie commendetur,  
presentem literam inde conscriptam, Sigilli mei  
testimonio confirmavi. Facta sunt haec  
ante Castrum Hardenbergk presentibus Do-



mino Godescalco prevati Coenobii, Joh. converso, militibus Gundero et Engelhardo cum filiis suis et aliis quam pluribus qui et hujus rei testes sunt. Actum Anno Gratie 1232. regnante Friderico Imperatore.

Amelungsborn. Copialbuch.

II.

G. von Bobenden überläßt dem Kloster  
Lammspring 4 Hufen Lehenland den 29.  
April 1241.

Univerſis Chriſti fidelibus preſentem paginam inſpecturis. G. miles de Bobente, ſalutem in eo qui eſt ſalus omnium. Univerſa negotia literis commendata indiffolubile ſervant ſecuritatis vinculum. Notum igitur eſſe cupimus tam preſentibus quam futuris; quod Erneſtus miles de Waldenhufen, quatuor manſos de proprietate noſtra fitos in Ammonhufen quos a nobis in feodo tenebat. in manus noſtras reliſnavit; datis eidem Erneſto a praepoſito. et conventu in Lameſprunge XXVIII. talentis Hildeneſenſis monete; et nos ab ſalutem propriam. et devotionem Henrici venerabilis prepoſiti et Conventus jam prehabiti. eadem bona libere et abſolute cum omni jure et integritate, filiis noſtris conſentientibus; Burchardo videlicet. Günthero; Hermannno et Öttone. clauſtro in



Lamespringe contulimus perpetuo possidenda; li-  
queat etiam cunctis fidelibus, quod predicto H.  
preposito et Conventui sylvam apud Waldenhufen  
Etam filiorum nostrorum consensu pro XXI. Marcis  
integraliter vendidimus, que teutonice lingua Sun-  
deren appellatur. Ne autem hoc factum nostrum  
tractu temporis in dubium veniat alicui; presens  
scriptum inde confectum, quia proprium Sigillum  
non habuimus, Sigillo Nepotum nostrorum,  
G. et B. fratrum de Hardenberge fecimus ro-  
borari. Hujus rei testes sunt Everhardus Abbas de  
Northem, Lutherus Abbas de Stene; Ludolphus  
prepositus de Catelenborch; Otto prepositus de  
Weneden, Heidenricus Sacerdos de Seborch; Rein-  
oldus de Honstadt; Henricus de Höckelem,  
Manegoldus de Hildefe; Godescalcus de Büle,  
Sacerdotes, Dominus Gunterus et Bernardus  
pater suus de Hardenberge, Gunterus Cal-  
vus de Bovente, Ludolphus de Medeh., Henricus  
de Höckelem; Crachto de Angersene; Hartmannus  
de Sulinge, milites. Acta sunt hec in Lamespringe  
anno MCCXLI. III. Kal. Mai.

Don Hildeheim.



## III.

Herrmann von Hardenberg entsagt seinem  
Anspruch auf den Zehnten in Holthufen  
wider das Kloster Amelungsborn.  
1264.

Nos Hermannus de Hardenberge univ-  
ersis praesentem literam inspecturis cupimus esse  
notum, quod nos et fratres nostri quaerimoniam  
quam habuimus aduersus Ecclesiam Amelungs-  
bornensem super Decima in Holthufen, quam ti-  
tulo pignoris tenuimus a Domino Lippoldo de  
Wese quam idem Lippoldus praevatae Ecclesiae  
vendidit cum a nobis redemisset, renuntiamus fina-  
liter et perfecte, Testes sunt, miles de Novali Do-  
minus Conradus, Conradus de Kamenatis, Henri-  
cus de Kemme monachi, Hartmodus de Schnetin-  
gehufen Magister. Acta sunt haec Anno Domini  
Millesimo ducentesimo sexagesimo quarto. Ut au-  
tem hoc factum nulli veniat in dubium, scriptum  
hoc Sigilli nostri impressione, duximus confir-  
mandum.

Amelungsborn, Copialbuch.



IV.

Konrad von Roden Ritter steht ab von seiner Klage wider das Kloster Amelungsborn, wegen einer Hufe Landes in Holthufen und einer halben in Bergholdehufen. 1270.

Egò Conradus miles de novali, univertor, quod actioni, quam in fratres Amelungesbornensis Ecclesie super uno manso in Holthufen sito, ac dimidio in Bercholthufen moveram arbitrando mihi in eisdem jus aliquod vendicare receptis ab Ecclesia eadem quatuor molderis Siliginis cum omnibus heredibus meis renuntiavi finaliter et perfecte. Ne autem super his aliqua calumnia oriatur presens scriptum duxi mei Sigilli munimine roborandum, verum ad majorem evidentiam hujus rei, Sigillum domini Thiderici de Hardenberg duxi similiter apponendum, Datum Anno Domini Millefimo, Ducentesimo, Septuagesimo.

Amelungsborn. Copialbuch.



## V.

Die Grafen von Pyrmont, Herrmann und Hildebold lassen dem Erzstift Mainz ihren Zehnten in Bugenhufen auf den 17. October 1277.

Nos Hermannus, Hildeboldus fratres, Conradus patruelis eorundem comites dicti de Perneunt. Recognoscimus et publice protestamur in his scriptis, nos decimam in Bugenhofen quam ab ecclesia in feudo tenuimus moguntina, domino Archiepiscopo Wernhero ac ecclesie resignasse maguntine, ad manus Theodorici militis dicti de Hardenberg officialis ecclesie maguntine. Ad cujus resignationis certitudinem hanc litteram dedimus Sigillorum nostrorum et Th. militis dicti de Hardenberg appensionibus roboratam. Datum anno Domini Millesimo CC<sup>o</sup>LXXVII<sup>o</sup> . . . XVI<sup>o</sup>. Kalendarum Novembris.

## VI.

Dieterich von Hardenberg bezeugt mit seinen Söhnen, daß der Probst in Pölseden Zehnten in Westeroode, ein mainzisches Lehen gekauft habe. 1278.

Universis Christi fidelibus Ego Th. dictus de Hardenberge ac filii mei Dithmarus Theode-



ricus, Hermannus, Hildebrandus, Bernhardus significamus seu protestamur evidenter in his scriptis, quod dominus Prepositus cum toto suo collegio in Polithe decimam in Westerode, pro Summa quinquaginta quinque marcarum racionarum emerunt seu perfecte. Quam decimam Johannes et Wernherus fratres de Westerodt in feodo a sancta ecclesia moguntina tenuerunt. Hanc vero decimam consentientibus universis sibi heredibus in manus militum nobilium domini Lodewici et domini Hermanni libere resignantes dicti de Roslorp contulerunt ut autem cautionem ecclesia Polidenfis de empcione decime habeat complectentem Ego Th. supra dictus ac filii mei singulariter superius nominati cautionem Warandie prestabimus quousque literas domini Archiepiscopi maguntienfis de proprietate decime ecclesie Polidenfi possimus ordinare. Hujus facti testes sunt dominus Abbas de Northeym dominus Lodewich et dominus Hermannus de Roslorp dominus Henricus de Boventen, dominus Hermannus de Hardenberge Wernherus frater suus et alii quam plures. Acta sunt hec Anno gracie, M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>LXXVIII<sup>o</sup>.



## VII.

Dieterich von Hardenberg, seine Söhne und Erben eignen dem Kloster Amelungsborn eine Hufe Landes und eine Hofstädte in Holthufen zu. 1297.

Theodericus Miles dictus de Hardenberge universis ad quod praesens scriptum pervenerit salutem et omne bonum. Ea que consulte geruntur, scriptis ideo perhennantur, ut quod praedecessorum industria rite praedordinat, posterorum temeritas non infringat. Hinc est, quod tenore praesentium recognoscimus et publice protestamur honorabiles viros videlicet dominum Abbatem et Conventum Monasterii fratrum in Amelungshorne unum mansum et Aream ipsi addinentem in Villa et Campo Holthufen sita, cum suis utilitatibus in Campis, Silvis, pascuis, agris cultis et incultis ac proventibus universis ab Hoyero ibidem Villano, Johannis et Bertholdi filiorum suorum ac omnium haeredum ipsius, quorum interest, vel interesse poterit benevolo accedente consensu, emptionis titulo rationabiliter comparasse, cujus mansi, cum ad nos collatio seu proprietas pertineret deliberatione matura praehabita de pleno ac generali consensu fratrum nostrorum videlicet Bernardi, Hermanni, Hildebrandi et Bernardi filiorum quoque et filiarum, Dethmari militis quondam fratris nostri, videlicet



Johannis, Dethmari Burchardi, Alheydis et Mechtildis ac insuper univerforum haeredum nostrorum, quorum interest vel interesse potest, domino Abbati et Conventui praenominatis perpetuo possidendam integraliter cum bona dedimus Voluntate, praeterea nos praesentibus obligantes quod super hujusmodi proprietate Warandiam plenam ipsis ubicunque a nobis requisierint, faciemus in hujus igitur facti evidentiam nostro et Ottonis dicti de Bovenen, ac Johannis dicti de Herfie militum sigillis praesentem paginam eisdem dedimus communitam; Testes praemissorum sunt, Otto et Johannes Milites jam praedicti Arnoldus Cellerarius dictus Rebock, Giso Camerarius dictus de Hamelen, et Theodericus Magister Curiae in Snetingehusen fratres Monasterii praedicti in Amelungsborne, pluresque alii fide digni. Datum Hardenbergk Anno Domini Millesimo Ducentesimo Nonagesimo Septimo.

Amelungsborn, Copialbuch.

### VIII.

Helmold von More, dessen Brüder und Verwandten thun Verzicht auf ihr Recht an einer Hufe in Bergholdeshusen. Sine anno.

Nos Dithmarus miles officiatu in Hardenberg, recognoscimus publice per prae-



fentes, quod Helmodus de More, pro se et Alheyde matre sua, nec non Rudolpho et Henrico fratribus suis, ac Jutta sorore ipsius, insuper et Bertoldus et Johannes patrum predicti Helmodi, pro se et N. N. pueris suis, plane et simpliciter renuntiaverunt omni juri, quod habuerunt in manso sito in Bergoteshusen, et ipsum mansum ecclesie in Amelungesborne perpetuo possidendum, libere reliquerunt, pro qua renuntiatione, frater Hartmannus Magister Curiae in Snetingehusen nomine et ex parte dictae ecclesie in Amelungesborne, dedit Helmoldo predicto marcam et dimidiam, et Bertoldo et Johanni patrum suis, videlicet, cuilibet ipsorum unum fertonem et quatuor ulnas grisei panni, Et ne factum hujus modi ab aliquibus in posterum valeat infringi, Sigillum nostrum ad cautelam apposuimus huic scripto, Nos vero N. Decanus, N. Scholasticus, et Capitulum Ecclesie Northeimensis in testimonium hujus facti, Sigillum ecclesie nostre presenti litere duximus apponendum. Testes sunt, et presentes aderant dominus Fridericus dictus de Rosforp, dominus Thidericus et Wernherus de Hardenberg milites, dominus Bernhardus canonicus ecclesie Hildensemensis dictus de Hardenberg, dominus Rudolphus Plebanus in Novali. N. Plebanus in Parnhofen Hart. Plebanus in Overvelde, Hardevicus de novali miles, Arnoldus famulus de Steine, et quam plures alii fide digni.

Amelungsborn. Copialbuch.



## IX.

Hildebrand von Hardenberg, dessen Söhne  
und Erben verkaufen dem Kloster Ame-  
lungsborn eine Hufe in Holthufen.  
1303. den 14. April.

Nos Hildebrandus famulus dictus de  
Hardenberge, omnibus presentia visuris in per-  
petuum, tam futuris quam presentibus univ-  
ersis tenore presentium duximus declarandum, quod nos  
voluntario consensu fratrum nostrorum domi-  
ni Bernhardi Hildensemensis canonici,  
et domini Hermannii Mindensis canonici  
et Bernhardi fratris nostri junioris, ac  
sororum nostrarum domine Alheidis et  
Mechtildis insuper et patruelium nostro-  
rum Johannis et Borchardi famulorum  
dictorum de Saldere, et Wernheri nepo-  
tis nostri famuli dicti de Balnhufen, ven-  
didimus Ecclesie in Amelungesborne unum man-  
sum, situm in campo ville Holthufen juxta Morin-  
gen, pro decem et octo marcis puri argenti Hoyerō  
et filiis suis annuentibus, qui eundem mansum de  
manu nostra tenuerunt, cum proprietate et omni  
jure ad mansum predictum pertinente in villa, in  
campo, pratis, pascuis et silvis et aquis, agris cul-  
tis et incultis quiete et libere perpetuis temporibus  
possidendum, scriptis presentibus renuntiantes omni  
juri et actioni sive exceptioni que nobis sive here-



dibus nostris quoque modo possent in bonis prehabitis suffragari in super veram Warandiam supra dictorum prestabimus bonorum, quando et ubi necesse fuerit et fuerimus requisiti, Ne igitur huic venditioni nostre alicujus importuna obviare presumat protervitas, presentem paginam inde conscriptam Sigillo nostro et Sigillis predictorum fratrum nostrorum canonicorum, et sororii nostri Ludolphi famuli dicti de Olderhufen duximus muniendam, nos vero Bernhardus de Hardenberge jun. Johannes et Borchardus de Saldere, et Wernherus de Balnhufen, Alheidis et Mechthildis dicte de Hardenberge, quia propriis caremus sigillis contenti erimus predictorum, Item nos omnes simul jam nominati sub sigillis presentibus cautionem fide data prestamus, et filii Hildebrandi ante dicti Tileko et Heneko et filia ejus, pueri adhuc juvenes, cum ad annos maturos pervenerint ratum consensum adhibeant venditioni predictae, Testes autem hujus rei sunt, Otto de Bovenen, Herm. de Hardenberg, Ludolphus camerarius milites, Engelbertus de Hardenberge, Conradus et Lippoldus fratres de Bonekenhufen, Ar. de Stene famuli et alii quam plures fide probati, Datum et actum Anno Domini Millesimo, Trecentesimo, tertio, in die beatorum martyrum Tiburtii et Valeriani.

Amelungsborn. Copialbuch.



## Ad complendum Nr. XXXI.

Ex parte utriusque tam eorum quam nostra in Sylva suprascripta videlicet Hildessen secundum exigentiam agrorum cuilibet partis debita et equalium portio accipi debet libere et quiete, nec non custodes qui vulgariter Holtwerde dicuntur, qui praefatae sylvae curam fidelem adhibeant utroque deputati, Insuper in arbitrio sit tam eorum, quam nostro si ipsis placuerit sine contradictione eorum saepe dicta sylva secundum exigentiam agrorum ut aequaliter dividatur, Ita tamen si portionis injuria alteri parti de altera visa fuerit et comperta et ordinatio rata et firma in perpetuum permaneat, praesentem paginam super his conscriptam Sigillo Hildebrandi supra dicti, quo omnes contenti sumus, duximus muniendam,

## X.

Hildebrand von Hardenberg und Johann von Salbern verpflichten sich den zwi-  
schen einigen Fürsten und Herrn errich-  
teten Frieden zu halten. 1305. den  
14. März.

Nos Conradus Arnoldi advocatus incliti princi-  
pis domini Alberti ducis in Brunsvic Theodoricus  
de Haldele milites Hildebrandus de Harden-  
berch Johannes de Saldere famuli recog-



noscimus publice in his scriptis, quod pacem et treigarum securitatem inter illustrem principem dominum Albertum terrae Thuringie Landgravium et honorabiles viros Hartungum et Henricum fratres de Erfa famulos famulos Albertum et Ludovicum fratres de Wangenheim nec non strenuos famulos dominos in Brandenberch ipsorum quoque hominibus et municionibus adherentes ordinatam ex parte una et inclitum principem dominum nostrum Albertum in Brunfwich ac nobilem virum dominum Ottonem comitem de Walthecken et nos ex parte altera a praesente tempore usque in dominicam qua cantatur letare et per illam diem totam servare volumus et praesentibus promittimus absque dolo pro nobis ac munitionibus dominorum nostrorum praedictorum et nostris sub eadem forma, qua treuge priores tradite fuerant pacem eandem et treugas inviolabiliter duxaturas, in cujus rei testimonium praesentem dedimus litteram sigillorum nostrorum munimine communitam et ego Johannes de Saldre praedictus quia proprio careo sigillo Hildebrandi patru mei, jam dicti praesentibus sum contentus. Datum in lapide anno Domini MCCCV dominica qua cantatur reminiscere.

Mühlhäuf. A.



## XI.

Johann von Overbein, seine Gemahlinn  
und Kinder vergleichen sich vor dem  
Schlosse Hardenberg mit dem Kloster  
Neuwerk über 3 streitige Hufen Landes.  
1308. den 28. April.

Nos Johannes dictus Overben, Mechtildis de  
Borchtorp uxor ejusdem Thetmarus et Johannes  
filii nec non Adelheydis filia recognoscimus prae-  
sentibus publice protestando, quod nos consensu  
unanimi ac consonis vocibus renunciavimus omni  
juri vel actioni seu etiam impetitioni, que nobis  
competere videbantur contra Conventum ec-  
clesiae novi operis in Goslaria de proprie-  
tate trium mansorum in Borchtorp sitorum, quos  
idem conventus a Ludolpho de Borchtorp compara-  
vit ita tam. quod nec Johannes et Mechtildis  
nec heredes nostri prescripti et liqui adhuc sunt  
nascituri dictum Conventum super predictis mansis  
debeamus aliquo modo molestare, sed praefatus con-  
ventus sanctimonialium sepe dicta bona libere et  
quiete perpetuo poterit possidere. Hec autem Com-  
positio seu renuntiatio facta est ante castrum  
Hardenberg presentibus fide dignis viris videli-  
cet domino Theoderico Abbate de Stene, Ludol-  
pho Scolastico Hermannno Custode Canonicis Nör-  
thunensibus, item Domino Ottone de Boventen,  
Domino Hermannno juvene, Domino Hilde-



brando de Hardenberg, militibus, item Bernardo de Hardenberg, Conrado de Indagine famulis et quibusdam aliis probis viris, quorum quidam Sigilla sua in testimonium presentibus appenderunt. Datum Anno Domini Millo CCCVIII in die beati vitalis Martiris.

von Hildesheim.

XII.

Engelbert von Hardenberg sagt dem Rathe von Mülhausen den Frieden vom Hause Plesse bis zum 24sten Junius zu. 1312.

Nos Engelbertus miles dictus de Hardenberch publice recognoscimus in hiis scriptis quod honestis viris consulibus nec non univērsis civibus in Molehusen treugas damus de castro Plesse pro nobis ac omnibus cum nostris facere vel dimittere volentibus infra hinc festum beati Johannis Baptiste proximum duraturas si vero dicte treuge per nos aut nostros famulos medio tempore violarentur quod ablit pro hac violatione praedictis juxta villam Kullstede die nobis assignato ocurremus facturi erga ipsos quod viris ydoneis videbitur expedire. In cujus signum praelens scriptum nostro sigillo fecimus consignari. Datum Anno domini MCCCXII. feria quinta aucte diem beati (icorii.) \*).

Mülhaus. Archiv.

\*) Es gibt kein heiliger Icorius.



## XIII.

Spruch, der in Thüringen angestellten  
Friedensrichter betreffend, die zwischen  
der Stadt Mülhausen und denen von  
Hardenberg obwaltenden Zwistigkeiten.  
1322. den 19. Julius.

Noverint univerſi, quod nos Guntherus Dei  
gratia comes de Schwarzborg iudex gene-  
ralis ac duodecim pacis conſervatores  
per Thuringiam recognoscimus, quod omnem  
diſſenſionis et impetitionis materiam quam viri  
ſtrenui Hildebrandus et Johannes milites,  
Bernhardus et Borchardus dicti de Har-  
thenberg ac omnes eiſdem adherentes adverſus  
viros providos conſules et cives Mülhufenſes ex  
occafione caſtrorum dictorum zu dem Hayn diruto-  
rum propter bonum pacis et utilitatem terre per  
dominos et conſervatores pacis ac etiam pro qui-  
busdam treugis inter ipſos utrinque factis et ordi-  
natis dignoſcuntur hactenus habuiſſe, preſentibus  
viris nobilibus dominis Henrico comite de Swartz-  
borg ac Henrico advocato de Gera nec non ſtrenuis  
viris Bertholdo vice Domino de Ecſtete Petro dicto  
Porzik et honeſtis viris Ludovico de Ilmeno et  
Theoderico H'nersleybin civibus Erfordienſibus dif-  
finivimus juſticialiter atque rite ita videlicet quod  
dicti cives Mülhufenſes tactis ſacroſanctis proba-



verunt quod durantibus treugis praedictis nichil mali sive doli prefatis municionibus apposuerint nisi quod constitutiones et statuta pacis simpliciter requirebant, unde a nobis decretum existit quod dicti de Mülhufen ab impeticionibus quibuslibet quas ex parte dictorum de Hardenberg et suorum amicorum omnium per amplius possent seu deberent habere inito debeant esse liberi et soluti in quorum omnium evidens testimonium presentes literas predictis civibus de Mühlhufen dedimus Sigillo pacis generalis firmiter roboratas. Datum Erfordie Anno Domini MCCCXXII. feria secunda ante diem beati Jacobi Apostoli.

Mühlhâuf. A.

XIV.

Hildebrand von Hardenberg und seine Söhne sagen dem Grafen Bernhard von Ravensberg und dessen Bürgen die Aufnahme in das Schloß Hardenberg zu. 1330. den 28. August.

We Her Hildebrant von Hardenberge, Riddere, Henrik unde Hildebrant Knechte dessilven Hern Hildebrandes Sone, Her Johan von Hardenberge Ridder unde Dethmar des silven Hern Johanes Sone unde Her Engelbrecht von Hardenberge Riddere bekennet an dissem jegenwerdigen Breve, dat we hebbet gelo-



vet und lobet an frauwen deme edelen Herren Hern  
Bernharde Greven Dite Sone von Ravens-  
berghe eyneme Provese to Schildesche unde to  
siner trewen Hand deme edelen Manne Juntherren  
Hermanne Greven van Everstene unde Hern Her-  
manne van Brakeln Ridder sinen leven maghen wate  
penninge he nicht betalte to den tyden also dar Bes-  
deyedinget is unde also sine Breve hebbet de dar  
uppe gegeben sin, dar möchte he vor inkomen to  
Hardenberghe unde we en scolben sin dar nicht Bes-  
meden, wenne he scolde dar uppe los gan. Weret  
aver also, dat Hardenberge in user Hant nicht enwere,  
so scolde de vorbenante Her Bernhart van Ravens-  
berghe inriden to Plesse, oder to Hardegeffen oder  
to Adelevesen, in welcher dieser drier Slot eyn we  
en escheden, dar scole he inriden unde scolben en  
darinne laten gan unbesmedet also lange wente he  
dat gelt Bereden mochte. Ich bekenne we des, dat  
we en nicht vorder mogen noch en scolen up nenerleye  
degebinghe dringen, wenne umbe das gelt dar he vore  
inriet.

We bekennen of des, dat sine Borgen scölen inri-  
den in de Slot also se gelovet hebbet, he ne scol  
nicht mit sineme inridende de Borgen losen noch de  
Pant. Des hebbe we Hern Bernharde van Ravens-  
berghe unde den den mit eme gelovet is, gesat Hern  
Hermanne enen edelen Herren van Plesse unde Hern  
Bodewige van Rostorf, Ridder, de loven vor os, dat  
we alle disse verbescrevene ding ganz unde stede hal-



den. Weret aver also, dat disse twier Borgen jenich  
 stôrve des nicht ensche de we eme gesat hebbet bin  
 disse tid wanne we denne gemanet worden van eme  
 oder van den, den mit eme gelovet ist darna binnen  
 vierteyn nachten, so scolde we eynen also guden an  
 sine Stadt setten. Dat we alle disse vorbenomenden  
 rede ganz unde stede holden dat love we antruwen  
 deme Erbaren Herren Hern Bernharde van Ravens-  
 berghe und deme mit eme gelovet ist we Her Herman  
 eyn edeler Herre van Plesse unde Her Eobewig van  
 Rostorf Ridde bekennen an disse silven Breve, dat  
 we durch beide willen aller disse vorbenanden van  
 Hardenberghe hebbet gelovet unde lowet antruwen  
 deme edelen Herren Hern Bernharde van Ravensberghe  
 unde den de mit eme bescreven Stat, dat se alle disse  
 vorbescrevenen begedinge ganz unde Stede scolen hol-  
 den eme unde sinen vorbenanden Brunden. So eyner  
 Orkunde aller disse vorbescreven ding so hebbe we alle  
 de hir vorbenomet sint use Ingesegele an disen Bref  
 gehangen, also dat el Hyldebrant van Hardenberge  
 meines Vader Hern Hyldebrandes Insegele gebruke  
 unde el Dethmar van Hardenberghe gebruke Hern  
 Johannes mines Vader Ingesegel an disen silven Breve  
 und disse Bref is gegeben na der Vort gobdes dusent  
 drihundert Jar in deme drittegesten jare in Sente  
 Augustines Dage des Heilygen.

R. Pr. A.



## XV.

Bernard von Hardenberg und seine Söhne wollen das ihnen wegen des Hauses Gieselwerder etwa zustehende Vogtei-Recht über Howardeffen drey Jahre lang nicht ausüben. 1330. d. 29. September.

Nos Bernhardus de Hardenberghe famulus, Theodericus et Hildebrandus ejusdem Bernardi filii nostrique veri Heredes recognoscimus publice in hiis Scriptis, quod omne Jus, si quod haberemus vel habere possemus Ex parte Castrum Gyflenwerdere de Jure vel de facto ratione Advocatiae in Howardeffen et in omnibus Bonis suis pertinentibus ad eandem damus et favemus cum Consensu et Voluntate Domini Abbatis et Conventus in Bursfeldia, quorum praedicta Curia cum suis pertinentiis dinoscitur et est libera famoso Viro Henrico de Stochusen militi Alberto et Henrico filiis suis et eorum veris Heredibus ad tres Annos immediate sequentes liberum et solutum. Elapsis autem tribus annis praedictis extunc praefatus Henricus de Stochusen miles ac sui Haeredes praescripti nobis et nostris Heredibus quam diu praedictum Castrum Gyflenwerdere ab Ecclesia Moguntina in nostra potestate retinemus, dabunt et solvent dimidiam Marcam puri argenti et non plus singulis Annis in Memoria Sancti Michahelis de Curia in Howardeffen et suis pertinentiis praenotatis. In hujus rei Testimonium Si-



gillum mei Bernardi praedicti pro me ac meis Heredibus praelentibus est appensum. Et nos Theodericus et Hildebrandus, cum propriis Sigillis caremus, Sigillo patris nostri continemus ista Vice. Datum Anno Domini MCCCXXX. in Die beati Michaelis.

A. des St. Bursfeld.

XVI.

Johann von Hardenberg verspricht bis über Pfingsten hin Friede mit den Mülhäusern zu halten. 1334. 13. März.

Nos Johannes de Hardenberg miles recognoscimus dilucide et omnibus has litteras visuris et auditoris cupimus fore notum, quod dedimus et presentibus damus, providis viris magistris Consulibus, Consulibus et civibus civitatis Molhusen nec non ad fidas manus eorundem strenuis viris Heinrico dicto Topelstein et Bertoldo de Worbizze militibus pacem manualementem pro nobis ac omnibus propter nos facere et dimittere volentibus seu debentibus quoquo modo infra hinc et octavam pentecostes proxime venturam inclusive sumptam omni dolo et fraude postpositis inviolabiliter duraturam hiis conditionibus adjectis et interclusis videlicet si dicta pax per nos inviolata fuerit quod absit ex tunc diem placiti in villa Wachsstätte infra octo dies postquam moniti fuerimus cum dictis civibus observabimus facturi ibidem super violatione tali quod dictaverit ordo juris



pro qua pace ut premittitur observanda viri strenui  
 Johannes de Winzingerode et Albertus  
 de Erershufen se una nobiscum ac pro nobis  
 obligarunt in solidum fide data. Dantes super eo  
 has literas nostro Sigillo ac predictorum nostrorum  
 consponsorum Sigillis firmiter roboratas. Datum  
 Anno Domini M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>C<sup>o</sup>C<sup>o</sup>XXXIII<sup>o</sup>. in dominica  
 Judica. Mühlhäuſ. A.

## XVII.

Die Brüder Dieterich Ditmar und Johann  
 von Hardenberg versprechen den jährli-  
 chen Geldzins von dem Gute Ramwor-  
 dessen richtig an das Blasius-Kloster in  
 Northeim zu bezahlen. 1348. den 6ten  
 November.

Nos Thiedericus, Deitmarus et Johan-  
 nes fratres de Hardenberge famuli, filii  
 quondam pie recordationis Bernardi de  
 Hardenberge recognoscimus publice in his  
 Scriptis et omnibus Christi fidelibus notum esse  
 cupimus et constare, quod nos vel nostri haeredes  
 domino Abbati et Conventui Ecclesiae S. Blasii in  
 Northeimb, Ordinis sancti Benedicti, viginti solidos  
 gravis monetae et sex quadrantes annis singulis  
 in die Sancti Galli, pro annuo Censu honorum in  
 Ramwordessen sitorum, exsolvemus sub nostro  
 periculo Northeimb, transmittendo et ibidem ipsi  
 vel eorum successoribus in Claustro presentando.  
 Verum si nos vel nostri haeredes in hujus census



soluzione a Die sancti Galli per annum continuum et integrum forsan deficeremus ex tunc supra scripta bona nobis et nostris haeredibus a prefatis dominis Abbate et Conventui commissa ad eosdem dominos et dictam Ecclesiam sancti Blasii in Northeim cum omnibus pertinentiis suis devolventur integraliter ipso facto absque omni penitus contradicto. Preterea nos vel nostri haeredes dominum Abbatem in Northeim vel ejus vices gerentem cum suo Comitatu hospitio recipiemus bis in anno pertractando et procurrando eosdem decenter et honeste. Insuper si in damnum aliquod occasione supra scriptorum bonorum, nos et heredes nostri conjunctim vel divisim inciderimus restaurationem illius damni a predictis dominis Abbate et Conventu vel a dicta Ecclesia eorum repetere non debemus. Supra scripta etiam bona in Ramwordeffen nos et haeredes nostri non debemus alienare dividere vel disfructuare, vendere vel locare aut in phseudo conferre alteri sine consensu Abbatis et conventus Ecclesiae antedictae. Insuper si pro illo vel illis, qui se de supra scriptis bonis intromiserunt, in jure diffinitum fuerit, quae cum Jure ab eisdem bonis amoveri non possunt, extunc nos et haeredes nostri eadem bona predictis Abbati et Conventui dimittere literasque desuper datas eis reddere debemus, et absque omni contradicto recedere simpliciter bonis ab eisdem. In quorum omnium premissorum rati- habitionem et testimonium evidens presentes literas Sigillis nostris et Sigillis Reverendi Domini, domini Baldewini Episcopi Padebornensis, et Spectabi-



lium virorum Godescalci nobilis domini in Pleffe  
 et Sifridi nobilis Domicelli in Homborch dedimus  
 prefatis dominis Abbati et Conventui Sigillatas.  
 Et nos Baldewinus Dei Gratia Episcopus Padebor-  
 nensis, Godescalcus nobilis dominus in Pleffe et  
 Siffridus nobilis domicellus in Homborch ante dicti  
 recognoscimus, nos Sigilla nostra ad preces Thy-  
 derici Deitmari et Johannis de Hardenberge fra-  
 trum supra dictorum presentibus literis appendisse.  
 Datum Anno Domini MCCCXL. octavo. feria  
 quinta ante festum Martini Episcopi.

## XVIII.

Burghard, Herrmann und Godeschalk versi-  
 chern das Stift Pölde daß es wegen des  
 ihm verpfändeten Zehnten zu Krebeck keinen  
 Schaden leiden solle. 1422. den 12. März.

We Borchardt, Herman, vnde Gode-  
 schalk von Hardenberge brodere bekennen  
 in duffem opene besegelden breve vore uns unde  
 unse rechten erven, dat unse vader Herr Dide-  
 rick olde Jan, her Dethmar, Junge Jan Zeliger  
 dechniffe vnde her Lotze vnse veddern vor tydenn,  
 vorfat vnde vorpendeth hebbenn, den erbarn hernn  
 deme Proveste vnde dem conuente des Stifts to  
 Poelde einen breff den se haddenn von vnsenn  
 Omen hern Otten vnde Tilen gebrodere von Kerf-  
 lingerode ouer den haluen tegenden vnde  
 vorwarck to Krebecke, dat we one de fsatte  
 vnde vorpendinge truwelicken holden willenn,



vnde is geschein mit vnser willenn, wetten vnde vulbordt, Unde we willen des ergnanten halven tegenden vnde des haluen forwarkes der vorgnanten hern vnde Stichte bekennich fsin vnde ore hern vnde weren des wesfenn mit den gnanten von Kerstelingerode wore vnde wanne se dat von vns eschet, vnde one des noit is ok wanne de ergnanten von Kerstelingerode edder ore eruen woldenn de guder edder oren breff von den vorgnanten hern vnde Stichte von Poelde wedder losen, Iso schullen se one de gudere to losende geuen in aller mathe alle darvon Kerstelingerode breff vthwiset, unde louet vor vns vnde vnse rechten eruen, den ergnanten herrn von Poelde, vnde orem stifte, Dulsenn breff in guden truuen stede vnde ganfs to holdende, ane argelift vnde geuerde Dulses to tuchnisse hebbe we vorgnanten von Hardenberge vore vns vnde vnse eruen vnse Ingelegele an dulsenn breff gehanghenn de gegeuen is na der gebordt vnser Heren veirteinhundert jar darnach in deme twe vnde twintigesstenn Jare an sinte Gregorius daghe des hilgenn Pavestes.

## XIX.

Dieterich von Hardenberg, Bischof von Brandenburg belehnt den Kurfürsten, Joachim von Brandenburg mit dem Schlosse Grabow. 1522. den 24. Junius.

Wir Dieterich vonn Gots Gnaden Bischoff zur Brandenburg bekennen offintlich mit



diesem Brieff vor uns unnd unser Capittel und alle unser nachhomen Bischoffe zur Brandenburg. Als dan der Wolgeboren unnd Edell Herr Wyckman Graffe zur Lyndo, Herrn zur Ruppyn unnd Moykerenn von uns unnd unserm Stiff das Slos Grabow mit seinen Dorfferen zur und eyngehörungen zur rechtem Manlehn getragen unnd gehabt unnd furder Wichmann unnd Otto denn vonn Wolffen zur Manlehn vorlyhenn dieselbe Lehnshafft nach tode gnants Graffen an uns gefallen unnd vorledigt. Das wir dem Durchleuchtigen Hochgeboren Fürst. und Herrn Herrn Joachim Marggraffenn zur Brandenburg, des Heyligen Römischen reychs Erzcammerer unnd Churfürsten zur Stettin pomern ic. Herzogenn Burggrafen zur Nürenberg unnd Fürsten zur Rügen unnd syner Churfürstlichenn gnadenn menlichen Leibslehens Erben vonn mehrern schuks schyrms unnd vorsprechens wegen das gnant Slos Grabow mit allen synen Dorfferenn zur unnd eyngehörungen wie das gnanter Graff vonn uns unnd unserm Stiff zur Ehene getragen zur rechtem Manlehen geliehen haben und wir vorlieben seyner Churst. gnadt. unnd seyner Churfürstlichenn Gnaden menlichen Leibslehens Erben unnd daselb Slos mit seyner Dorfferen zur und Eingehörungen zur rechtem manlehen In crafft unnd macht dises brives Also das seyn Churfürstlich gnad, unnd seyner Churfürstl. gnadl. Menlich leibs lehens Erben solchs vonn uns unnd unserm Stiff Brandenburg zur rechtem Manlehen haben, so offte nott ist remen unnd entphaben Auch uns unnd unsern Nachkomen denen thun unnd pflegen Schutzen schyrmen unnd vortedin:



gen Wie dann seyn Churfürstlich gnad als der Landtsfürst gerne thun will, unnd seynen gnaden In sund erhait vonn solchenn lehen zur thun aiget unde geboret.

Doch habenn wir seynen Churfürstlichen gnad. unnd derselben Erben, die Lehnspflicht vzt und hinfür allweg vortragen Darauf weysenn wir die grantte vonn Wolffen an Hochgnantten unsern gnedigstenn Herrn denn Churfürsten zur Brandenburg, unnd seynner Churfürstlichen gnadenn Menlichen leibs Lehens Erben, Nu furder solch Sloss unnd gutter vonn Fren Churfürstlichen gnadenn zur lehen zur nemen unnd zur entphaben, auch davon zur dienen und zur thun, In massen syn vorgemeltem Grafenn szeligenn gethann haben Doch soll uns damit unserm Stiff Brandenburg an solchem Sloss Grabow, seynen Dorferen zur und eyngehörungen der Fall vorbehalten seyn Also ob sich begebe, das die vonn Wolffen, oder Irmenlich leibs Lehens Erben Besyzer des Berurrtten Schloß Grabow mit seynen Zugehörungen, anmenlich leibs Lehens Erben versturben für und für, Unnd solch gutter vorleddigten, sollen die Uns unnd Unserm Stiff Brandenburg, unnd sonst nymandt anders heymfallen unnd zur Rhomen, ann alle hinderung eynrede unnd behelff, Ewig bey der Kirche unnd dem Stiff zur bleiben. Wie dann auch unser gnedigster Herr der Churfürst nachgegeben und bewilligt hat, nach meldung seynner gnaden Reversßbrives, Uns darüber gegeben alles getreulich unnd ungeserlich. Zur Urkundt mit unserm anhangenden Insigell vorsigell. Und wir kumprobst Dechant Senior und ganzs Capittel der thumbkirchen zur Brandenburg bekennen



vor uns und unser Nachkomen, das solch abberutte  
 Belehnnung mit unserm willen unnd wissen gescheen  
 ist. Des zu mehrerer sicherheit habenn wir unser  
 Kirchenn Ingesigell an dieffen Brief, neben unsero  
 gnedigen Herrn von Brandenburg Insigell hengen  
 lassen Der gegeben ist auf unserm Hoffe zur Berlyn  
 Dienstagß nach Corporis Christi Im vunsttzehnhun-  
 dertsten unnd vier und zwanzigsten Jare.

S. Pr. A.

XX.

Oratio in funere Nobilis viri Gerhardi  
 de Hardenberg gratitudinis ergo habita  
 a Joanne Culmanno, quondam pastore  
 pagi Imbshufen, Anno Christi 1561.

Nostra salus super astringerum sedet aethera Christus,

Filius aeterni lux et imago patris.

Saepe salutaes mittens variosque prophetas,

In cunctas terras, sydereosque polos.

Silicet eximios doctores atque ministros

Verbi quo sapiens conditor astra regit.

Nec non qui gladio exerto moderamina vulgi

Iusta tenent, claros, dona superna, viros.

Talis Gerhardus, qui fert cognomen ab arce

Hardenbergiaca, vixit ubique pius.

Ipse ut erat summi, vestitus carne, parentis.

Donum, sic caetus spesque decusque fuit.

Sobrius, aequus, amans recti, probus extitit omni

Laude, fugax litis, liber avaritia.

Pectore flagranti Triados pia numina sanctae

Excoluit semper nocte dieque simul

Fixit in humana nullam virtute salutem,

Iustum se vera credidit esse fide

Adde quod hic templi sublimi tecta coronans

Turri Evangelicas atque probavit opes.



Est quoque pastores firmo complexus amore,  
 Porxit eis plenas cum pietate manus.  
 Et me saepe sua fecit discumbere mensa,  
 Hosce meos humiles iuvat adusque lares.  
 Par aetas, aequalis amor, rogius atque fuisset  
 Pene quidem par quin mors male sana venis?  
 Cur mihi fatales auxillis fila sorores,  
 Cernitis exhausti morbida membra senis?  
 Quam secum vellem superas scandisse per auras,  
 Coelicaque aetherae regna subisse plagas.  
 Certa mei mihi tutandi spes, portus et aura.  
 Ipfus erat. Vitae maxima parsque meae.  
 Deinde confruxit tales, quas incolo, sedes.  
 Debile ne laedat cana pruina caput.  
 Solvere cum nequeo tibi pro munere grates,  
 Exhibet saepius laps tibi multa meis.  
 Magna in te virtus, pietas clementiaque ampla,  
 Qua me sollicitum pro bonitate foves.  
 Donec odorifero vescentur rore Cicadae,  
 Et nitidus stellis pulcher olympus erit.  
 Dumque lupus fuerit tenero infidiatus ovili,  
 Non potero meriti non meminisse tui.  
 En ita si superis visum est, nunc vive valeque  
 Lucida in optati templa recepte poli,  
 Dulcis amice vale coeli super atria ducte,  
 Dulciaque aeterne saecula veris agens.  
 Me Burcharde piis clarisque parentibus orte,  
 Haeres, tutandum suscipe quaeso serem.  
 Hinc ceu Cumaeos adeo superayeris annos,  
 Intrabuntque tuas prospera quaeque domos.  
 Nobilis et nostros haud unquam linque penates  
 Sed mihi promissam Margani confer open.  
 Spiritus intactos hic dum quoque rexeris artus,  
 Te mea laudabit carmine grata chelis.

2855/65








77





72